



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1 vtrum insensibilitas sit peccatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



QVAESTIO CXLII.

De vitijs que aduersantur temperantiae, in quatuor articulis diuisa.

DEINDE considerandum est de vitijs oppositis temperantiae.

ET circa hoc quaruntur quatuor.

Primo, Vtrum insensibilitas sit peccatum.

Secundo, Vtrum intemperantia sit vitium puerile.

Tertio, De comparatione intemperantiae ad timiditatem.

Quarto, Vtrum vitium intemperantiae sit maxime opprobriosum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum insensibilitas sit vitium.

AD PRIMUM sic proceditur. Vt qd insensibilitas non sit vitium. Dñr enim insensibilis, qd deficiunt circa delectationes tactus: sed in his penitus deficiere vt esse laudabile, & virtuosum. dicitur. n. Dan. 10. In diebus illis ego Daniel iugebam triu hebdomadarum tempus, panem desiderabilem non commedi, & caro, & vinu non introierunt in os meum, sed neque vnguento vnctus sum. ergo insensibilitas non est peccatum.

¶ 2. Præ. Bonum hominis est scilicet rationem esse, sicut Dion. c. 4. de diu. no. sed abstinere ab omnibus delectabilibus, tactus maxime, promouet hominem in bono rationis. dicitur enim Dan. 1. qd pueris, qui vtebantur leguminibus, dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia. ergo insensibilitas quae vniuersaliter repellit huiusmodi delectationes, non est vitiosa.

¶ 3. Præ. Illud, per quod maxime receditur a peccato, non vt esse vitiosum: sed hoc est potissimum remedium abstinendi a peccato, qd aliquis fugiat delectationes, qd prius ad insensibilitatem. dicitur. n. Phil. in 2. \* Eth. qd abicientes delectationem, minus peccabim. ergo insensibilitas non est aliquid vitiosum.

SED CONTRA. Nihil opponit virtuti nisi vitium: sed insensibilitas virtuti temperantiae opponit, vt patet p. Phil. 1. 2. & 3. Eth. ergo insensibilitas est vitium.

RESPON. Dicendum, qd omne illud, quod contrariatur ordini naturali, est vitiosum. Natura autem delectationem apponit operationibus necessarijs ad vitam hominis: & ideo naturalis ordo requirit, vt homo intantum huiusmodi delectationibus vtatur, quantum necessarium est salutis humanae, vel quantum ad conseruationem indiuidui, vel quantum ad conseruationem speciei. Si quis ergo intantum delectationem refugeret, qd pratermitteret ea quae sunt necessaria ad conseruationem naturae, peccaret quasi ordini naturali repugnans, & hoc pertinet ad vitium insensibilitatis. Sciendum tñ, qd ab huiusmodi delectationibus consequentibus huiusmodi operationes, quoad quae laudabile, vel etiam necessarium est abstinere pp aliquem finem: sicut propter sanitatem corporalem aliqui abstinent a quibusdam delectationibus cibi, potus, & venereorum. Et etiam propter alicuius officij executionem: sicut athletas, & milites necesse est a multis delectationibus abstinere, vt officium proprium exequantur. Et similiter penitentes ad recuperandam animae sanitatem abstinentia delectabilium quasi quadam diata vtuntur. Et homines volentes contemplationi, & rebus diuinis vacare, oportet

A tet qd se magis a carnalibus desiderijs abstrahant. Nec aliquid praedictorum ad insensibilitatis vitium pertinet, quia sunt secundum rationem rectam.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd Daniel illa abstinentia a delectationibus vtatur, non quasi propter se abhorrens delectationes vt scilicet se malas, sed propter aliquem finem laudabilem, vt. scilicet idoneu se ad altitudinem contemplationis redderet, abstinentendo scilicet a corporalibus delectationibus. Vnde de & statim ibi subditur de reuelatione facta.

AD SECUNDUM dicendum, qd quia ratione homo vt non potest sine sensitiuis potentijs, quae indigent organo corporali, vt in 1. \* habitum est, necesse est qd homo sustentet corpus ad hoc, qd ratione vtatur. S sustentatio autem corporis fit per operationes delectabiles. Vnde non potest esse bonu rationis in homine, si abstineat ab oibus delectationibus. Secundum tamen quod homo non exequendo actu rationis plus, vel minus indiget corporali virtute, sicut hoc plus, vel minus necesse habet delectabilibus corporalibus vt. Et ideo homines qui hoc officium assumpserunt, ut contemplationi vacent, & bonum spirituale quasi quadam spiritali propagatione in alios transmittant, a multis delectationibus laudabiliter abstinent, a quibus illi quibus ex officio competit operibus corporalibus, & generationi carnali vacare, laudabiliter non abstinent.

AD TERTIUM dicendum, qd delectatio fugienda est ad vitandum peccatum non totaliter: sed vt ultra non quaratur, quam necessitas requirit.

ARTICVLVS II.

Vtrum intemperantia sit puerile peccatum.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod intemperantia non sit puerile peccatum: Quia super illud Matth. 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli & car. dicit Hier. qd paruulus non perfeuerat in iracundia, laesus non meminit, videns puicram mulierem non delectatur: quod contrariatur intemperantiae. ergo intemperantia non est puerile peccatum.

¶ 2. Præ. Pueri non habent nisi concupiscentias connaturales: sed circa connaturales concupiscentias parum aliqui peccant per intemperantiam, vt Phil. dicit in 3. \* Eth. ergo intemperantia non est peccatum puerile.

¶ 3. Præ. Pueri sunt fouendi & nutriendi: sed concupiscentia & delectatio, circa quae est intemperantia, est semper diminuenda & extirpanda, sicut illud ad Col. 3. Mortificate membra vestra super terram, quae sunt concupiscentia & c. ergo intemperantia non est puerile peccatum.

SED CONTRA est, quod Phil. dicit in 3. Eth. qd non men intemperantiae referimus ad puerilia peccata.

RESPON. Dicendum, qd aliquid dicitur esse puerile dupliciter. Vno modo, quia conuenit pueris: & sic Phil. non intendit dicere, qd peccatum intemperantiae sit puerile. Alio modo, sicut quaedam similitudinem: & hoc modo peccata intemperantiae puerilia

¶ Super Quaestione 142 Articulum secundum.

In tota quaest. 142 sunt non dubitanda, sed notanda quaedam.

In 2. siquidem articulo, in responsione ad 2. scito, quod responsio consistit in hoc, Concupiscentia naturalis est duplex. Primo, quia est rei ordinatae ad naturae conseruationem. Secundo, quia est rei requisita a natura ad sui conseruationem. Sub primo membro continentur omnia delectabilia ad alimentum, & venereorum ordinem habentia. Sub secundo ea tñ qd natura requirit. Et propterea in secundo parū contingit errare.

Q. 5. art. 34

3. Eth. 1. eccl. 11.

Mat. 18. super illud, Quicumque humiliauerit se sicut & c. 10. 9.

Lib. 3. c. 11. 10. 5.

Lib. 3. c. 4. ult. 10. 5.

Lib. 3. c. 4. ult. 10. 5.